



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

De Gloria Et Honore Filii Hominis, Liber I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

Duplex liber,
unus terrenus
Adā, alter celestis
in Chro.

Gen. 5

1. Cor. 15

Hier. 17

Luc. 10

Rom. 5
Per fidē transcribimur in librum uitae.

Gen. 15

Rom. 5

Liber generati
onis secundū
promissionē.



LIBER GENERATIO
nis Iesu Christi
filij Dauid,
filij Abraham.

Liber iste liber celestis est, & ecōtra liber generationis Adā, liber terrenus est: de quo sic scriptum est: Hic est liber generationis Adam, in die qua creauit deus hominem, ad similitudinē dei fecit illum, masculū & fecerunt ei filios, & benedixit illis, & uocauit nomen eorū Adam, in die quo creati sunt. Si cut primus ille homo de terra terrenus, nouissimus uero iste de caelo celestis: ita liber ille generationis Adam, liber terrenus: & iste liber generationis Iesu Christi, liber est celestis. In illo libro terreno omnes reprobi scripti sunt, iuxta illud: Domine omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes à te in terra scribentur: In isto scripti sunt oēs electi, quibus ipse dominus, gaudete (inquit) quia nomina uestra scripta sunt in caelis. Et omnes quidem, tam electi quā reprobi, in terra siue terreno

libro conscripti fuerūt, ex peccato primi illius hominis, in quo omnes peccauerunt: sed per iustitiam nouissimi huius hominis, omnes electi transcripti sunt in libro uitae, libro generationis Iesu Christi, per quē iustificati sunt. Quomodo in isto tali libro transcripti sunt: Nimirum credendo in hunc Iesum Christū: Quemadmodum de primo patrū generationis huius Abraham scriptum est: Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. In quo enim credidit deo ut iustificaretur, nisi in promissione seminis, quā est hic idem Iesus Christus: Dixerat enim illi deus, Suspice caelum, & numera stellas si potes: sic erit semē tuū. Et in hac promissione fuerat egressus de terra, & de cognatione sua: In semine tuo benedicentur omnes gentes quod Christus est. Cum igitur audis liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac, & cetera, ne paruū tibi facias librum hunc, non illud solum attendas, quod Abraham secundum carnem genuit Isaac, & Isaac secundum carnem genuit Iacob, similiterque de ceteris: sed hoc potius, quod & Abraham secundū promissionem genuit Isaac, & Isaac secundū promissionem genuit Iacob. Hoc namque animaduertens, prolixus liber & grandis pagina per singulas ferē genituras apparet, dum promissionis uerbum, in memoria repositū, recogitare facit quid & qualiter ad illos patres sanctos deus locutus est. Nam hic considerandū est de hoc ipso generationis libro, quod ita terminatus est:

Iacob

DE GLORIA ET HONO. FILII HOMI. LIB. I. III.

Jacob autem genuit Ioseph: Nonne illam potuisset lineam sequi, qua perueniret ad eum, qui Mariam secundum carnem genuit: nisi potiore illam æstimaret genituram, quæ est fidelis sue promissionis, quæ est auditio siue obseruatio uerbi dei? Siquidem & ipse dominus hoc attestatur, nosq; cognoscere uult, qui, ubi extollens quædã mulier uocem de turba dixit: Beatus ueter qui te portauit, & ubera quæ suxisti, quinimod, ait, Beati qui audiunt uerbũ dei & custodiunt illud. Et alibi: Quicumq; enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus & frater, & soror, & mater est. ¶ Felices itaque, quorum & si caro patres siue generationem Iesu Christi non contingit, anima tamen audiendo & custodiendo uerbum dei, mater facta est eiusdem Iesu Christi: felicissimi uero, qui utroq; modo patres, siue patres sunt tanti filij: quorum notissimi sunt hi duo magni patriarchæ, quorum nomina sic insigniter enuntiantur in capite libri huius filij Dauid, filij Abraham. ¶ Et de genitura quidem carnis uentis nostra assertionem non indiget, quod secundum illam beata uirgo Maria ipsorum filia sit uel fuerit: de illa uero, qua secundum fidem siue obseruationem uerbi dei quælibet anima sit mater eiusdem Iesu Christi, non superfluum est memorare quomodo illorum filia fuerit. Videlicet habendo fidem, habendo humilitatem, facta est filia Abraham, filia Dauid. Habuit enim fidem, quæ angelo, sibi inaudita cunctis seculis euangelizanti, imò deo, cui Abraham crediderat, loquenti sibi per angelum, uelociter credidit. Habuit humilitatem, quæ audiens & credens, sese fieri matrem domini, ancillã professã est, ecce (inquiens) ancilla domini, secundum similitudinẽ patrum suorum iam dictorũ, Abraham atq; Dauid: quorũ quanta fuerit humilitas, ex ipsorum uerbis palam innotescit. ¶ Deniq; pater eius Abraham dum deus cum ipso, & ipse cum deo sermocinaret, & amicus haberetur, inter cætera dixit: Quia semel coepi, loquar ad dominũ meum cum sim puluis & cinis. Porro Dauid, cum esset sanctus rex electione domini, & Saul persequeretur eum: Quæ persequeris, ait, rex Israël, quæ persequeris? Canẽ mortuũ, & pulicẽ unũ. Iam deniq; intus docuerat eos deus inuisibilis, qui ex eis nasciturus erat homo uisibilis, mitis & humilis, sicut dicturus erat ipse: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde: similemq; sibi matrem præparauerat, quæ ueraciter diceret, quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ. ¶ Considera nunc initium hoc siue caput euangelij, quantis uel qualibus titulis illustratum sit. Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Quatuor insignia sunt notissima gloriæ & honoris huius filij hominis, quia deus est & homo, rex & sacerdos. Si rite consideres, nihil horũ hic tacitũ est. Nam ipso nomine, quod est Iesus, id est saluator, cuius nominis siue uocabuli causa est, quia saluat à peccatis, dicente angelo ad Ioseph: Ipse enim saluum faciet populũ suũ à peccatis eorũ: ex ipso inquam nomine quod est Iesus, ex ipsa causa nominis, quæ est saluare à peccatis, quod facere est solius dei, deus esse asseritur, deus uerus esse cognoscitur. Porro sequenti nomine, quod est Christus, & interpretatur unctus, prædicatur unctus rex, unctus sacerdos, rex & sacerdos, qui patribus suis iure successit, patri regi, patri sacerdoti: regi Dauid, Abraham sacerdos, qui quod prædicat hic titulus, rutilans, & taliter enuntians, filij Dauid, filij Abraham. Rex namq; Dauid, sacerdos Abraham fuit: quippe qui obediens & fidelis, filium suum deo in holocaustum obtulit. Primogenitus quippe fuit Tharæ patris sui: & secundũ morem, quo primogeniti usq; ad id temporis sacerdotes fuisse traduntur, ipse sacerdos fuit, & post illum Isaac: sed hæc primogenita Esau propter gulam perdidit. Horum patrum siue patriarcharum, qui utiq; homines fuerunt, iste filius & ipse homo est, siue filius hominis, quia ueram de carne illorum carnẽ assumpsit. ¶ Sunt igitur quatuor (ut iam dictum est) insignia præsentis titulo spectanda: quia deus est & homo, rex atq; sacerdos. Hic homo & in Sion natus est, & ipse fundauit eam altissimus: Iste sacerdos semetipsum obtulit, & sacrificatus est tanquã uictulus. Iste rex tanquã leo, siue catulus leonis ad prædam ascendit, apertis in morte sua dormiens oculis, & spoliato inferno surrexit à mortuis. Hic deus, ut aquila uolans, super omnes cælos ascendit. ¶ Secundum quatuor ista naturæ uel officij sui nomina, quatuor nobis sacramenta pietatis necessario credenda proposuit, scilicet incarnationis siue natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis: quorum nullum Christiano ignorare licuit unquã aut licebit. Ex istis cognoscitur Iesus Christus qualis sit, scilicet uere bonus, & uerè fortis: quia tanquã bonus propter nos homo fieri, & passionẽ subire uoluit: & tanquã uerè fortis,

Parentes Christi secundũ fidẽ.

Luc. 11

Matth. 12

Dauid et Abraham precipui patres.

Maria filia Dauid & Abraham tam carne q̃ fide.

Lucæ. 1

Humilitas Abraham & Dauid.

Gen. 18

1. Reg. 24

Matth. 11

Lucæ. 1

Quatuor insignia maxima gloriæ & honoris filij hois

Matth. 1

Abraham sacerdos fuit.

Gen. 22

Psal. 66

Gen. 49

Quatuor sacramenta pietatis nobis necessaria.

Quatuor Eua
geliste fecerunt
quatuor faci-
es animalium
Ezech. 1.
Idem 10

uicta morte resurrexit, & in caelum ascendit. ¶ Et quia talis exinde cognoscitur, ecce qua-
tuor unius animalis facies intuemur, ubi Ezechiel propheta loquit: Similitudo uultus ani-
malium, uultus eorum facies hominis, & facies leonis, facies uituli, & facies aquilae desuper,
Nam licet quatuor animalia dixerit, in primis tamen animal unum uultu intelligi, quemad-
modum longe infra, cum dixisset: facies una facies Cherub, & facies secunda facies homi-
nis, & in tertia facies leonis, & in quarta facies aquilae, ipsum est (ait) animal quod uideram
iuxta flumen Chobar. Animal unum, unus est Iesus Christus: Quatuor facies siue quatuor
or animalia, quatuor iam dicta sunt unius eiusdemque Iesu Christi sacramenta. Facies istae
fulgent super iustos, quia Iesus Christus uidet eos, sicut scriptum est: Oculi domini super
iustos: & uidendo illos conformes facit sibi, siue cui libet ex istis faciebus suis, multo efficacia
eius quam sol specular penetrat, suamque in illo imaginem format. Vidit istum beatum Matthaeum,
sicut ipse de semetipso: cum (inquit) transiret Iesus uidit hominem sedentem in theloneo nomine
Matthaeum, uidit inquam istum sol uerus, & in speculari peccatoris eius faciem formauit homi-
nis: uidit alium, & in illo figurauit faciem leuam, faciem leonis: uidit alium, & in illo expressit
faciem aquilae uolantis. Isti sunt quatuor Euangelistae, qui secundariae quatuor animalia di-
cuntur. Nam prima quatuor quae iam dicta sunt sacramenta, quatuor facies sunt, & animal
unum est Iesus Christus. ¶ Dauid hunc hominem siue hominis mysteria, hominis inquam
& sacerdotis, regis & dei sacramenta mirabiliter ore prophetico simul cum psalterio decan-
tando cecinit, calamoque conscripsit, & ipsa quatuor uocabula, dei, hominis, regis, sacerdo-

Psal. 33

Matth. 9

Testimonium
Dauid de his
quatuor anima-
libus seu sacra-
mentis.

Psal. 6

Psal. 46

Ioh. 3

Psal. 2

Psal. 19. 20. 23

Psal. 109

Cur Dauid pre-
ponitur Abra-
hae.

Exo. 24. 32

Gen. 22

Psal. 131

Isaac & Jacob
filii promissio-
nis.

Rom. 9

tem, patenter expressit. Exepli gratia: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimi-
us: Illic hominem enuntiavit. Ascendit deus in iubilatione: Illic deum hanc ipsam personam nun-
cupauit: nam qui descendit, ipse est & qui ascendit. Ego autem constitutus sum rex ab eo, su-
per Sion monte sanctum eius. Item: Domine saluum fac regem, domine in uirtute tua latabitur
rex. Et alibi: Quis est iste rex gloriae? Dominus uirtutum ipse est rex gloriae: Illic regem pro-
nuntiavit. Iurauit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum, secundum or-
dinem Melchisedech: Illic sacerdotem edixit. ¶ Itidem sacramenta siue mysteria hominis
siue seminis Abraham, dei siue uolantis aquilae, sacerdotis siue uituli, regis siue leonis: sacra-
menta inquam siue mysteria incarnationis uel natiuitatis, passionis, resurrectionis, & ascen-
sionis eiusdem Iesu Christi filij sui prophetico (ut iam dictum est) & corde concepit, & ore
peperit anima huius beati Dauid, cunctisque uenturis post se seculis legenda uel canenda con-
scripsit. Hoc Abraham non fecit, licet propheta fuerit, quippe qui nec literas habuit: Primus
namque Moyses longe post illum, scribente digito dei, literas accepit. Recte igitur, licet Abra-
ham fuerit anterior quam Dauid, non dixit Euangelista, Iesu Christi filij Abraham, filij
Dauid: sed ordinem praeposterans, filij Dauid, (inquit) filij Abraham. Praeterea & illud sci-
endum, quia cum isti duo sint patres, ad quos eiusdem Iesu Christi promissio facta est, uer-
bum eiusdem promissionis ad Dauid non parum auctum est, Nam ad Abraham dictum
est: In semine tuo benedicentur omnes gentes: ad Dauid, de fructu uentris tui ponam super
sedem meam. Plus est esse regem seminis Abraham, quam esse semen Abraham. Vnde recte
dixerim, quia uerbum promissionis non parum auctum est ad Dauid: Sed & hoc inferam,
quia plus est esse patriarcham, regem, prophetam atque psalmistam, quod fuit uel est Dauid,
quam esse tantummodo patriarcham & prophetam, quod fuit uel est Abraham. Ita per
omnia rationabiliter diuinus Euangelista prouidit: ut dicere mallet, filij Dauid, filij Abra-
ham, quam filij Abraham, filij Dauid. His in titulo latius praemisissis, nunc in ipsum genera-
tionis librum pergendum est. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. De
utroque cum dicit, genuit, perpulchrum est subintelligere, quem in promissione acce-
pit, & in sacerdotem deo sacrauit. Quae pars decoris siue geniturae decentis, maxime decet
librum generationis IESU CHRISTI, quia uidelicet, quemadmodum Apostolus
dicit, non qui filij carnis hi filij dei: sed qui filij sunt promissionis, aestimantur in semine.
Quomodo Isaac quem genuit Abraham, & Jacob quem genuit Isaac, non filij carnis, sed
filij sunt promissionis? Videlicet, quia non solummodo susceperunt hereditatem paterna-
e fidei: uerum etiam non tam usu naturae, quam dono gratiae prouenit hoc ipsum quod
geniti sunt. Denique & Abraham sterilem coniugem Saram, & Isaac sterilem habuit
Rebecca

Rebecca. Deprecatus est (ait scriptura) Isaac dominū pro uxore sua, eo quod esset sterilis. *Gen. 25*
 Qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebecca. ¶ Et Isaac quidē filiū suum Iacob sacer
 dotem uerbo sacrauit, indutū uestibus Esau ualde bonis, quas Rebecca apud se habebat do
 mi. in quibus ille cum esset primogenitus, secundū morē (de quo iam supra dictū est) debu
 erat sacerdotio fungī; ipse autē uidelicet Isaac ut uerbo cōsecraretur uel benediceretur à pa
 tre opus non erat, quia cum fuisset oblatu in holocaustū domino, in typū huius filij uēturi
 Iesu Christi, ex tunc plusq̄ sacerdos erat, id est, non tantū sacerdos, uerū & hostia. De eo qd
 iam dixi, quia & Abrahā Isaac, & Isaac Iacob in promissione accepit, apostolus ita scribit: *Rom. 9*
 Promissionis enim uerbum hoc est: Secundū hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius. Non
 solū autem sed & Rebecca, & cætera usq̄ ad id, non ex operibus, sed ex uocāte dictū est ei,
 quia maior seruiet minori, sicut scriptū est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. **I. Iacob**
 autem genuit Judam & fratres eius. In generatione Iudæ & fratꝝ eius cessauit mos
 ille antiquus, quo (ut iam dictum est) eatenus primogeniti sacerdotio fungebantur. Ruben
 quippe, qui erat promogenitus, ipse peccauit; & propterea benedictionē sacerdotalem non
 promeruit, imò diminutionē adquisiuit; Effusus es (inquit pater) sicut aqua, nō crescas, quia
 ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Nec uero ita cessauit prior ille mos sa
 cerdotij, ut saltem iunior quisquā ex illis fratribus sacerdotio fungeretur, uelut idem iunior
 Iacob amoto Esau: sed & ipsum sacerdotiū omnino cessauit, quandiu in Aegypto fuerūt,
 ubi uendiderant Ioseph fratrem suum, usquedum uociferantibus illis ad dominū & dicenti
 bus, eamus & sacrificemus domino, surgeret sacerdos Aaron frater Moyse de tribu Leui.
 Tibum illam tulit dominus pro cunctis primogenitis filiorū Israël: fueruntq̄ filij Leui in
 terim sacerdotes & ministri sanctuarij pro cūctis primogenitis, donec ueniret primogenitus
 iste filius hominis, sacerdos glorię & honoris, suumq̄ amotis uicarijs susciperet sacerdotiū.
 Quod inuens diuinus Euangelista, cum dixisset de Maria, quam utiq̄ uirginē concepit
 narraret, & peperit filium suum, continuo non otiose addidit, primogenitum: ut subintel
 ligat prudens auditor, & iccirco sacerdotem dignū, in quem dictū est: Iurauit dominus &
 non poenitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundū ordinē Melchisedech. ¶ Quis autē
 ordo Melchisedech fuit, nisi offerre sacrificiū panis & uini iure primogeniti? Primogenitus
 namq̄ fuit Noë, ut doctissimi perhibent, idem, qui alio nomine dictus est Sem. Quæ ergo
 fuerūt primogenita, quæ data sunt Ioseph? Sic enim in Paralipomenon scriptū est: Ruben
 quippe fuit primogenitus Israël, sed cum uiolasset thorū patris sui, data sunt primogenita
 eius filijs Ioseph filij Israël, & non est reputatus in primogenitum. ¶ Quæ, inquam, fuerūt
 primogenita, quæ data sunt filijs Ioseph? Nimirum non ipsum sacerdotium, quo nullus eo
 rum (ut iam dictum est) in Aegypto functus fuisse legitur, sed illa pars una, quam dixit ad
 eundem Ioseph filium suum, benedicens filijs eius, & constituens Ephraim ante Manas
 sen: En ego morior, & erit deus uobiscum, reducetq̄ uos ad terram patrum uestrorum. Do
 tui partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.
 Partis illius Euangelista meminit, cum dicit: Venit Iesus in ciuitatē Samaritæ, quæ dicitur
 Sychar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Ergo usq̄ ad tempora illa utrum
 que primogenitis ueniebat, & honor sacerdotij, & extra fratres suos possessionis una pars.
 Et quidem benedixit eum Iacob benedictionibus dulcissimis, ita concludens: fiant in capi
 te Ioseph & in uertice Nazaræi inter fratres suos. ¶ Sed quia nihil tale de illo scriptum est,
 quale est, edificare altare domino, & inuocare nomen domini, quod fecisse patres Abra
 ham, Isaac & Iacob scriptura patenter astruit, decimasq̄ & hostias offerre, quod uotum pri
 mus Iacob domino uouit, palām constat quia sacerdotiū primogenitorum (sicut iam di
 ctum est) in Iacob cessauit, & interim filij Leui primogenitorum fuere uicarij, donec ueni
 ret iste primogenitus & unigenitus uirginis, primogenitus & unigenitus dei. ¶ Quoniam
 intentio præsentis operis iuxta propositum tendit ad gloriam & honorem filij hominis,
 & quatuor facies (de quibus iam supra dictum est) insignia summa sunt eiusdem gloriæ &
 honoris, non præterire libet, quia iam hic in benedictionibus Iudæ prima sese offert facies
 istius animalis, facies leonis. Nam (ut Iohannes ait in Apocalypsi) animal primum simile le
 oni. Et quidem Ezechiel prius enuntiat faciē leonis, sed illam esse, uel non esse faciē primā.
Apoc. 4
Ezech. 1

nequaquam dicit, ubi sic ait: Similitudo uultus eorum facies hominis, & facies leonis, facies bouis & facies aquilæ. Sed & alibi prius neq; hominis, neq; leonis, sed uultu faciem dicit: **Idem. 10** Facies una facies Cherub, id est bouis siue uituli; & facies secunda, facies hominis; & in tertia facies leonis, &c. Cum ergo solus Iohannes faciem primam dicit, faciem leonis, constat quia non secundum ordinem, quo celebrata sunt sacramenta incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis Iesu Christi, sed secundum ordinem scripturæ Moysi taliter exprimit: Et animal primum, simile leoni, & secundum animal simile uitulo, & tertium animal habens faciē hominis, & quartū animal simile aquilæ uolanti. ¶ Nam ecce primo loco facies leonis: Catulus leonis Iuda ad prædā fili mi ascendisti, Requiescēs accubisti ut leo, & quasi leona. Ecce autē facies secunda, facies uituli, quemadmodū dicit: & secundū animal simile uitulo: Si sacerdos peccauerit, delinquere faciens populum, uel si omnis turba Israël ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod contra domini mandatum est, offeret pro peccato uitulum immaculatum domino, & cætera, quæ miro modo & ordine uerē sacro & mystico figurant sacramentum passionis Iesu Christi: cuius sanguis, secundum quod ritus ille significat, emundauit conscientiam nostram (ait Apostolus) ab operibus mortuis. Porro facies tertia facies hominis, sufficienter exprimitur in Deuteronomio his uerbis: Prophetā de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus, &c. Cum enim dicit, sicut me, nihil illi deesse testatur de ueritate naturæ humanæ. Faciem quartam, faciē aquilæ uolantis, patenter habemus in uerbis istis cantici Deuteronomij: Sicut aquila pronocās ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans, expandit alas suas & assumpsit eos, atq; portauit in humeris suis. ¶ Planē ad gloriā spectat & honorem filij hominis Iesu Christi, quod non solū propheta & psalmi, de quibus iam supra dictū est, uerum etiā primus ipse Moyses, quatuor hæc scripsit sacramenta pietatis: quorū sine fide homo non uiuit, quorū ex notitia cognoscitur bonitas & fortitudo talis hominis, tanti dei, talis regis, tanti pontificis. Quæ non ignorans ipse, quoniā necesse est, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. **L. Judas autē genuit Phares & Zará de Thamar. I** Nota historia est, quod Thamar nurus fuerit Iudæ, & quod ex ea genuerit Phares & Zará, nesciens quod esset nurus sua, quæ dum cōcepisset hos geminos, nuntiātū est Iudæ. Fornicata est Thamar nurus tua, & uidetur uterus eius intumescere. Et ille: Prode, inquit, ea, ut cōburatur. Nec morare cognoscens, iustior me est, quia non tradidi eā Sela filio meo, Quis autē nesciat, quod ex illa fornicatione nati sunt Iudæi, imō & tota ferē nobilitas Iudæi ci generis, uniuersa progenies regalis? ¶ Quid igitur Iudæi, omnibus hominibus molesti, cum molesti essent deo ac domino nostro, iactabant dicentes: semen Abraham sumus, nos ex fornicatione non sumus nati. Et ille quidē, scio, inquit, quia filij Abraham estis: non tamē dixit, scio quia ex fornicatione nati non estis. Nam reuera fornicata est Thamar quæ concepit eos; & istud cōmemorando poterat cōfutare supbos, nisi qd prior ipse facere debuit, quod doceat per apostolū suū dicentē, nemini dantes ullā offensionē. Porro nebula fornicationis illius, non solū non obscurat gloriæ & honoris filij hominis claritatē, uerum etiā illustrat bonitatis eius dignationē: quia sicut pro peccatoribus homo fieri, ita de peccatricibus nasci dignatus est. ¶ Hanc eius gratiā Euangelista non paruipendens, nosq; eā agnoscere uolēs, solas eiusmodi mulieres assumit in hac genealogia saluatoris, quales scriptura reprehēdit, Thamar, & Rachab, Ruth, & Bethsabe. Nam Salmon (ait) genuit Booz de Rachab, quæ constat fuisse meretricē, & de ruinis Hierico saluatā esse per fidē: Booz genuit Obed ex Ruth, quam constat fuisse Moabitidē, In qua mirabile contigit illud, quod compugnantibus inter se duabus legis diuinæ sententijs, ipsa in salutem euasit. Nam lex dicit: Ammonites & Moabites etiā post decimā generationē non intrabunt ecclesiā domini in æternū, quia noluerunt uobis occurrere cum pane & aqua in uia, quando egressi estis de Aegypto, & quia conduxerūt cōtra te Balaā filiū Beor de Mesopotamia Syriæ, ut malediceret tibi. Item lex dicit: Si fuerit mortuus uir absq; liberis, uxore defuncti frater eius uel propinquus accipiet, & suscitabit semen fratris sui. Itaq; lex ipsa quæ damnabat eam, quoniā Moabitis erat, suffragabatur illi ut acciperet eam Booz, quoniā uxor propinqui fuerat: & taliter nō solū intrauit ecclesiā dñi, uerum etiā principalē obtinet memoriā in ecclesia domini, ita ut semen, quod ex ea su-

causatum est, statim secunda generatione generaret Dauid, principem & regem ecclesie domini. Siquidem Obed ex ea generatione genuit Iesse, Iesse autem, genuit Dauid regem. Et Booz quidem non solum excusatus, uerum etiam iustificatus est, ducendo uxorem Moabitidem, etenim lex (ut iam dictum est) iustificat eum. ¶ At illum qui prior duxerat illam, non lex iustificat, sed necessitas excusat, scilicet fames, quae facta fuerat, & propter quam abiit homo de Bethleem Iuda, ut peregrinaretur in regione Moabitudine cum uxore sua ac duobus liberis. Ipse uocabatur Elimelech, & uxor eius Noemi, & de duobus filiis, alter uocabatur Maalon, & alter Chelion. Qui acceperunt uxores Moabidas, quarum una uocabatur Orpha, altera Ruth; manseruntque ibi decem annis, & ambo mortui sunt. Ceterum nisi necessitas illos excusasset, nec ipsi uxores ducere debuissent Moabidas, nec Booz lege teneretur, uel ceterorum aliquis, ut eam acciperet iure propinqui. ¶ Econtra sicut peccatrices & alienigenas propter fidem lex dei asumpsit, & euangelista hic nominare dignum duxit: ita quosdam domesticos seminis propter impietatem reiecit. Ait enim, Ioram autem, genuit Oziam. Tres de medio succidit: uidelicet Oziam, Ioas, & Amasiam. Quae ob causam? Nimirum propter impietissimam Athalia matrem suam, cuius imitati sunt homicidia occidendo prophetas domini, sicut illa & mater eius Iezabel in Samaria. ¶ Et quidem Manasses quoque multum sanguinem iustum fudit: uerum tamen reuerentiam egit. Et hoc reuera multum attinet ad intentionem euangelistae, de qua supra dictum est, quia nisi potior illam aestimaret genituram, quae est fidei uel promissionis, quae est auditio siue observatio uerbi dei, quam illam quae est carnis, poterat genealogiam sic texere, ut patrem illum contingeret, qui beatam Mariam secundum carnem genuit. Qualem enim locum habere deberent inter parentes carnis domini, hi, sub quibus nec saltem loqui licuit prophetis uerbi domini: Denique prophetam domini, quia fuit ausus loqui in nomine domini, prophetam & sacerdotem Zachariam filium Ioiadae sacerdotis, Ioas interfecit, et non est recordatus misericordiae quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius. Post haec Amasias prophetae dicitur sibi a domino, cur adorasti deos qui non liberauerunt populum de manu tua, respondit: Num consiliarius regis es? Quiesce, ne interficiam te. Et quidem ceteri quoque, praeter Dauid, & Ezechiam, et Iosiam, omnes peccauerunt, uerum tamen sub illis prophetae reuerentiam, quod pertinebat ad huiusmodi genealogiam, quoque unum dicitur: A timore tuo domine suscepimus & peperimus spiritum salutis tuae fecimus super terram: atque iccirco isti soli de memoria praesenti, de libro generationis Iesu Christi repulsi sunt, qui uerbum audire uel praedicationem uerbi dei uerere passi non sunt. L. Jacob autem genuit Ioseph uirum Mariae, de qua natus est Iesus qui uocatur Christus. ¶ Ecce scala illa quae in somno Iacob apparuit: quam parentibus obediens Iacob in Syria, ut de sua cognatione acciperet uxorem: Ecce, inquam, scala stans super terram, & cacumem illius tangens caelum, & dominus innixus scalae, qui dixit ad eum: Ego sum dominus deus Abraham patris tui, & deus Isaac, &c. Licet & alius secundum morale intellectum possit illius scalae sensus uti illis, nihilominus tamen scala illa, ista est generatio Iesu Christi, & latera scalae summi praesens, uel principes sunt huius generationis, Abraham atque Dauid, ad quos promissio facta est cum iuramento eius quae promissio. ¶ Supremus scalae gradus cui dominus innixus est, iste est beatus Ioseph uir Mariae, de qua Iesus, qui uocatur Christus, natus est. Quod iste deus & dominus huic innixus est: Vtique tanquam tuus pater pupillus, quippe qui in hoc mundo sine patre natus est. Ita innixus est huic beato Ioseph, ut esset infantulo iste pater optimus, ut huius solatio paterno puer cum uirgine puerpera iustitiam redderet. Quae ergo generationes, ab Abraham usque ad Dauid generationes quatuordecim. Et a Dauid usque ad transmigrationem Babilonis, generationes quatuordecim. Et a transmigratioe Babilonis usque ad Christum generationes quatuordecim. ¶ Quid sibi uult tam diligens generationum computatio: tam diligenter facta quasi per complexione siue conclusionem computatio diuina? Num frustra uel sine rationis potestate taliter digessit uel complexus est generationes euangelista diuinus, in quo uel per quem sine dubio spiritus sanctus locutus est: quippe qui publicanus fuerit & homo sine literis, non ab homine neque per hominem, sed per spiritum sanctum doctus est ut scriberet. Sine dubio quicquid loquitur potestatem habet: & hoc ipsum quod nunc ait, uim sensus continet, quam non praeterire libet. Arbitramur enim, imò & experimento didicimus, plebs quoque mirari, cur benignitas dei promissionem suam implere, scilicet incarnationem filii sui, uerbi sui, mundo exhibere tam diu distulerit, Nimirum qui paratus studet esse uel cupit

Necessitas excusat. Ruth. 1

Tres reges a li nea Christi succisi.

4. Reg. 1
2. Paral. 22
4. Reg. 21
2. Paral. 23

2. Paral. 24

Ibidem 25

Esa. 26

Gen. 28
Scala Iacob generatio Christi, esse

Non sine potestate uerborum loquitur Mattheus. 2. Pet. 1 Matth. 9 Gal. 1

1. Pet. 2



rationem reddere omni poscenti de iustitia fidelis dei qui repromisit, ecce per istas ^{reuerentibus} subtiliter animaduertere potest, illud magis esse mirandum, in gloria et laudem iusti, & (ut iam dictū est) fidelis dei, quod immutabilis praestitit, & stabilis in promisso uel proposito suo permāsit, cū ab illis quibus promiserat multipliciter, & nimis grauiter offensus fuerit. Offensiones illas numerus iste quatuordecim generationū triplicatus subtiliter in

Questio.
Psal. 88.

Exo. 4.

Gene. 37.

Gene. 41.
Responso.
Numeri 14.

Peccatū Dauid.

2. Reg. 11.

Peccata regū Iuda.

4. Reg. 21.

Matth. 2.

Vir Marię Ioseph.

Deut. 22.

Luc. 3.

Coniugiū coeleste inter Ioseph et Mariā
1. Cor. 15.

finuat. ¶ Querat igitur aliquis: Cur deus tādū Christum suum distulit? Cur nō primis parentibus, quibus promiserat, continuo dedit? Cur non statim uel in breui de aliquo illorum beata hęc uirgo nata est, quæ Christum conciperet & pareret? Hoc enim desiderabat ille, qui cum mitteretur ad Pharaonem: obsecro (inquit) domine, mitte quem missurus es. Et cōtinuo sequitur: Iratus dominus in Moysen ait: Aaron frater tuus leuites, scio quod eloquens sit, &c. Ac si diceret, Me dicente, obsecro domine mitte quē missurus es, dominus iratus erat: & iccirco de eo quod obsecrabam, nec saltē responsum ullū dedit, sed alia dixit. Et quā ob causam dominus iratus erat? Videlicet propter peccatū domus Abraham Isaac et Iacob, quibus promiserat, quia filij Iacob fratrem suū Ioseph, per inuidiā in seruū uēderat, & ille quatuordecim annis seruiet. Cum enim sedecim esset annos, tunc uenditus est: & quando eductus de carcere stetit in cōspectu regis Pharaonis, triginta annos erat. ¶ Itaq; sicut quodā loco iustus iudex, id est dominus, dicit: iuxta numerū dierū quadraginta quibus cōsiderastis terrā, annus pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates uestras: ita & illic iustū esse arbitremur iudiciū, ut diceret: Iuxta numerū quatuordecim annorū, quibus seruiuit uenundatus Ioseph, generatio pro anno imputabitur: & quatuordecim generationibus semen, quod promisi patribus uestris, differetur, quod est Christus. Igitur ab Abraham, inquit, usq; ad Dauid generationes quatuordecim, subaudi, & Christus nō uenit, & eousq; distulit eū iratus dñs, unde & Moyses loco supradictō cōgemuit. ¶ Porro Dauid, in quē generationes quatuordecim terminatæ sunt, cū iā & ipse promissionē accepisset eandē cū iuramento dñi, peccauit & ipse nō minus q̄ priores illi, Viri Atehem percussit gladio, & uxorē illius tulit, & interfecit eū gladio filiorū Ammon. Itaq; nō minus su per hoc irasci debuit dñs quā dudū fuerat iratus: & iccirco à Dauid usq; ad trāsmigrationē Babylonis ait generatiōes quatuordecim, et Christus nō uenit. ¶ Porro in trāsmigratione Babylonis, quæ pœna fuit trāsmigratis illis, non minoris erat peccati uel criminis, quod reges Iuda, maximēq; Manasses, sanguinē innoxii fuderāt multū, donec impletē Hierusalē usq; ad os, absq; peccatis suis quibus peccare fecerūt Iudā, ut facerent malū corā dño. Igitur & à trāsmigratione Babylonis ait, usq; ad Christum, generationes quatuordecim subauditur, & nisi post tot generationes idem Christus uenit. Et quidē tunc tēporis funestus Herodes multo sanguine terrā cruētabat: sed impietas eius, generi Abraham uel semini Dauid imputari non debebat, ut propter illum Christus differetur, quippe qui non Iudæus sed alienigena erat, utpote patre Idumæo, & matre ortus Arabica. L. Jacob, inquit, genuit Ioseph uirum Marię de qua natus est Iesus, qui uocatur Christus. I. Uirum Marię cū dicit, magnum & uerū nomen beato Ioseph attribuit: quia si est uir Marię, est & pater domini. An non & lex hoc edicit, quod ea quæ desponsata est, iā uxor sit: Si puella inquit uirginem desponderit uir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, educes utrunq; ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: Puella, quia non clamauit, cum esset in ciuitate: uir, quia humiliauit uxorē proximi sui. Ergo uir Marię Ioseph, & ipsa uxor illius. Proinde nec iste inepte dixit: Ioseph uirū Marię, nec alius euangelista mentitus est, patrem illum eius, qui ex ea natus est, Christi appellando: Et erat, inquit, pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. Non solum autem euangelista Ioseph uirum Marię dixit, uerum etiam prior angelus, quod æquipollens est. Mariam coniugem Ioseph enuntiauit: Ioseph, inquit, fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. ¶ O coniugium uerum & sanctum, coniugium coeleste, non terrenum. Quo modo enim uel in quo coniugati fuerunt: Nimirum in eo, quod unus spiritus & una fides erat in eis. Sola illic definit corruptio carnis. Propterea uerissime dixit Apostolus, quia primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis, non quod iste Iesus Christus, qui ex Mariā natus est, de cœlo cum carne uenerit, & per Mariam quasi per fistulam transierit,

transierit, sicut quidam dixerunt heretici: sed quod coniugū uita, siue cōiunctio tota fuerit cō
 Iesus, & spiritus sanctus amboꝝ cōiugalis amor: quorū utiq; cōuersatio erat in cœlis, in am
 bobus præfident, coniugē uiri huius fidei cōmiserit: & de carne uirginis hominem formās
 paterno uiro huic eius, qui nascēbatur, infantis amorē penitus infuderit. Oēs ergo genera
 tiones ab Abrahā usq; ad Dauid, generationes quatuordecim, &c. ut supra. ¶ Quomodo
 per huiusmodi scalā angeli dei ascēderūt & descēderūt: Iā em̄ supra diximus, q̄a scalā, quā
 uidit Iacob in somnis stantē sup̄ terrā, & cacumē illius tāgens cœlū, angelos q̄q; dei ascēdē
 tes & descēdētes per eam, & dominū innixū scalæ, mysteriū fuit incarnationis huius Iesu
 Christi, & Ioseph, cuius cura paterna dñs de Maria natus indiguit, gradum illū scalæ fuisse
 cui uidebatur inniti. Quid ergo significabat, quod angeli quoq; dei ascēdebant & descē
 debant per eam: Nimirum ut subintelligat illud quod non dubiū est: quia unus idemq; qui
 de Maria natus est, uno eodēq; tēpore, qm̄ natus est, & angelis maior & angelis idemq; qui
 Ascēdentes ergo uidit angelos, id est deū habere supra se, in quē desiderāt prospicere, quod
 reuera est ascēdere: descēdentes uidit eosdē, id est minorē cōsiderare q̄ se, hominē unum et
 eundē, quē admodū psalmus dicit: Minuisti eū paulominus ab angelis. An nō erat descēde
 re, utiq; ad minorē siue inferiorē, id, qd̄ refert euangeliū: quia dū factus in agonia, prolixius
 cecidit, apparuit illi angelus de cœlo cōfortās eū: Veruntamē eo modo iā non descēdunt,
 non minorē aspiciunt, ex quo resurgente illo ad mortuis, & ascēdente in cœlū, factū est qd̄
 iudē præscriptum fuerat: gloria & honore coronasti eū & constituisti eum super opera ma
 gnorum tuarum. ¶ Hic nec illud præterire libet, quod apud beatū Iob de diabulo dominus
 loquitur: An extrahere poteris Leviathan hamo: & fune ligabis linguā eius: Item: In ocu
 lis eius quasi hamo capiet eum. Hęc nanq; generatio Iesu Christi ab Abraham usq; ad Ios
 eph uirum Mariæ, de qua Iesus qui uocatur Christus natus est, quasi longa piscantis linea
 est: cui uidelicet lineæ ferreus hamus subligatur, carne adoperitur, ob hoc ut piscis, edulio
 pronocatus qd̄ foris patet, ferro seipsum strangulet, quod intus later. Diuinitas Iesu Christi
 quasi ferrum diabulo extitit, & hæc ex Maria ueram assumendo carnis naturam, ibi fortitu
 ditatem suam abscondit, sine dubio futurū sciens, quod ille homicida ab initio carnem suam
 morte appetiturus foret, & ita quasi ferro quod intus latebat captus atq; extractus, foras mit
 teretur, sicut factū esse credidimus, propter quod & loquimur. ¶ Et ista quidem secundum
 Matthæū genealogia Iesu Christi linea est eiusmodi: illa uero secundū Lucā, sursum ascē
 dens, textura genealogiæ prolixior, reuera quasi circulus extitit, ita ut nihil rectius quā
 eiuſdem generationis excursum putemus posse intelligi in uerbis illis, quæ itidē ad beatum
 Iob dñs dicit: Nunquid pones circulū in naribus eius: & armilla perforabis maxillam eius?
 Quid em̄: Nōne cū sic incipit: Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorū triginta, ut putabat,
 filius Ioseph, q̄ fuit Heli: & sic finit, qui fuit Adā, q̄ fuit dei: nōne inquā initū et finē cōiun
 git, & circulū fecit: Cum em̄ uno ductu lineæ sic flectitur, ut eius initū & finis cōiungatur
 ut circulus, uerbi gratia qualis est armilla, formatur: Ecce Iesus Christus, de quo sic in
 ceperit: Et ipse Iesus incipiens quasi annorū triginta, ut putabatur, filius Ioseph: deus & ho
 mo est. Incepit autē ab homine, & in deo ductus sui finem fecit. Nonne igitur quasi lineā si
 ue uirgam longe subtilem, siue subtiliter longam aureā siue ferreā, à Iesu Christo incepit,
 & in Iesum Christum reduxit, dicendo, qui fuit Adam, qui fuit dei, cum unus idemq; Iesus
 Christus, deus & homo sit, nec alterius plasma fuerit Adam q̄ huius dei? ¶ Verum igitur
 à diabole iste est circulus, quem deus in naribus tuis posuit: ista est armilla, qua maxilla tuā
 perforauit. Iunxit se initium fini, id est deus homini: & ita hæc, scilicet initū & finis, occur
 runt tibi in utero uirginis, ut nares tuas transfixas teneret firmiter circulus inflexibilis, &
 maxillam tuam uoracem perforaret armilla talis, armilla gloriæ & honoris: unde & nunc
 usq; fatuus traheris, & quod auide momorderas, retinere non ualens, per maxille foramen
 eritit. Vbi uel quādo hæc initū atq; finis cōiunctio facta sit, & idē Lucas uberius scribit,
 & iste breuius eloquitur, cū dicit. **C**hristi autē generatio sic erat: Cū esset despōsata
 mater eius Maria Ioseph, anteq̄ cōuenirent, inuenta est in utero habens de spi
 ritu sancto. Hic amplius splēdet iste liber generatiōis, et in hoc tota est utilitas libri, omni
 legē uel auditiū, credere, q̄a Christi generatio sic erat, quia de spū sc̄to Maria uirgo priusq̄

† paternum
uestio,
Gen. 28

Responsio

1. Pet. 1

Pfal. 8.

Luc. 22.

Pfal. 8.

Quid est, ex
trahere Leui
athan hamo,
Iob. 40.

Generatio Christi
cū dū Lucā.

Ibidem,
Luc. 5.

Insulatio cō
tra diabolu.

conue

conuenirent conceperat. Quam dissimilis generatio hæc generationibus cæteris, genera-
tionibus quâuis rectorû, ut fuit Abraham: ut fuit Isaac: ut fuit Iacob: ut fuit Dauid: Et qui-
dem fuerit aliqua similitudo generatiõis, quia patres isti oēs steriles habuere cõiuges: unde
et qui generati sunt, in plerisq; factis suis typû gesserûnt huius Iesu Christi, qui uere natus est
de utero sterili. Quid em̄ tam sterile q̄ uirginitas: ¶ Septe matres fuisse steriles sacra scriptu-
ra memorat: Sarâ & Rebeckâ, Rachel et eam quæ peperit Samson, Annâ matrē Samuelis,
Bethsabe quæ fuit mater Salomonis, uxor Viræ Aethæi, & Elizabeth quæ peperit præcur-
sorē dñi. Qui ex istis nati fuerûnt magni fuerûnt, & in plerisq; (ut iâ dictû est) factis suis ammi-
rabiles quâsdã similitudines dñi prætulērunt de uirginitate nascituri, quæ naturaliter sterilis
est & non parit: uidelicet Isaac & Iacob, Ioseph & Samson, Samuel et Salomon. Iohanne,
qui septimus extitit, maior inter natos mulierû nõ surrexit, quicq; ipsum dñm nõ tã factis suis,
ut cæteri, significauit, q̄ digito demonstraui. Octaua sterilis, id est uirginitas, de cognata
sua sterili Elizabeth proximam accepit testimonium: quia nõ erit (inquit angelus) impossi-
bile apud deum omne uerbum. ¶ Fuerit itaque aliqua (ut iam dictum est) similitudo in illis,
ueruntamen rationabiliter hic euangelista dicit: Christi autem generatio sic erat. Quod est
dicere: Cuiusq; cæterorum generatio sic fuit, ut nullus eorum generaretur aliter nisi cõue-
niens uir o & mulier, sicut naturæ usus est, Christi autem generatio sic erat, ut antequã
uir & mulier conuenirent, inueniretur mulier in utero habens. Hoc est illud mirabile & in-
auditum, quod Hieremias præuidens: & faciet, inquit, dominus nouum super terram: mulier
circundabit uirum. ¶ Perspecto huc usque hoc libro generatiõis Iesu Christi, magnû &
euidēs ostium apertum est, ad contemplandas per ordinem facies quatuor unius animalis,
quod uideram (inquit Ezechiel) iuxta flumen Chobar: ita uidelicet, ut contemplatio hæc sum-
ma sit nostri propositi, quod insinuat titulus præfixus huic operi, de gloria et honore filij ho-
minis. Nam idē Ezechiel, cum dixisset, & gloria dei Israël erat super eam, uidelicet portam
domus dñi oriētalis, protinus significans quã diceret gloriã dñi, ipsum est, ait, animal quod
uidi subter deũ Israël iuxta fluuiũ Chobar, quatuor uultus uni &c. Iã ex hoc capitulo facies
hois, qualis, q̄ pulchra, q̄ gloriosa sit, debet animaduerti, cum euangelista dicit: Cũ esset de-
sponsata mater eius Maria Ioseph, antequã conuenirent, inuenta est in utero habens de spi-
ritu sancto. Ex hoc in quã capitulo & deinceps usq; ad passionis eius seriẽ, quæ (ut superius
iam dictû est) facies est uirtutis, cõsiderare libet pulchritudinẽ faciei huius, faciei hominis, quã-
tum se ipse ostendere dignabit: cui corde & ore clamamus, ostēde faciẽ tuã & salui erimus.
¶ Quãta est hæc facies huius, faciei hominis pulchritudo: qd̄ inuẽta est mater eius in utero
habēs de spũ sancto: Magnus hic honor generis humani: quod homo nostræ naturæ, no-
stræ cõditionis, passibilis atq; mortalis, incarnatus, uel cõceptus est de spũ sancto, id est, non
de semine uirili, sed de uirtute & operatione spūs sancti. Recte ergo facies ista, tãta pulchri-
tudinis cõscia, dicit in Canticis canticorũ: Ego flos campi, & liliũ cõualliu, id est honor huma-
ni generis, & decus parentũ humiliũ. ¶ Tãta pulchritudinẽ, tãta claritatis margaritã, tam
tunc oculis inuidis, propalari non expediebat. Ibi em̄ erat, qui dicere habebat: Nolite mitte-
re margaritas uestras ante porcos, ne forte cõculcent eas, & cõuersi elidãt uos. Etenim, ut de
cæteris interim taceã, qualis tunc erat porcus Herodes: Quales erant porci oēs eius funestũ
fatellites: Nonne ergo fuisset hoc margaritam ualde splendidã ante porcos mittere: uirgi-
nem pregnantem siue parientem de semetipsa prædicare unde haberet in utero, scilicet de
de spiritu sancto? Fieret enim inquisitio unde cõcepisset uel à quo impregnata esset, si uirũ
non habens peperisset. Igit̄ laudi deputãdũ est eius, de quo in utero habebat, scilicet spiritus
sancti, spũs cõsilij, qd̄ mater eius desponsata erat: quia uere secundũ hoc ipsum nomẽ uel præco-
nium quod dicitur & est spiritus cõsilij, dignũ se fecit, digne prouidit, ut illa desponsaret &
per hæc occasione ab omni quæstiõẽ liberaret. Sponsus uel nomẽ spõsi cœlestibus nuptijs
secretũ fecit: ianuã cubiculi clausas custodiuit: ita ut nõ foris omnino pateret trãseũtib; lux
claritatis, quæ intus erat, nisi quãtũ p̄ subtiles radios ex rimis siue fenestris obliq; significat
ratio postulabat. Iccirco erat desponsata, iccirco illã spõsum habere spũ sancto cõplacuerat,
ut quõ fals⁹ fuit Saul, cũ ungeret rex Dauid, ita falleret Herodes siue habitã in Herode dia-
bol⁹, in hoc sacramẽto regis et dñi, filij dei, filij Dauid, incarnati siue nascẽtis ex utero uirgis
Qua

Septē matres
steriles in scri-
pturis.

Iud. 13.

1. Reg. 1.

2. Reg. 11.

Luc. 1.

March. 11.

Iohã. 1.

Luc. 1.

Gñatio Chri-
sti lōge ab ali-
is differt.

Hiere. 31.

Sūma huius
operis.

Ezechie. 10.

Pfal. 79.

Facies hois in
Christo de-
cus gñis hūa-
ni.

Can. 2.

Cõsilij spirit⁹
sancti, i desps̄
satiõẽ Marię.

March. 7.

1. Reg. 16.

Qualiter falsus fuit Saul, cum ungeret rex David? Cum diceret Samuel, quomodo uadā
 audiet enim Saul & interficiet me: Vitulum, ait dominus, de armento tolles in manu tua, &
 dices: Ad immolandū domino ueni. Nimirū iuxta hanc similitudinē spiritus domini, spiri-
 tus cōsiliū ita ordinauerit, ac si diceret in secretis suis: Vix unū de populo accipiat uirgo hęc,
 & sit ei desponsata, ut dum cōceperit & pepererit, dicat, quia uirū duxi: quia nuptias celebra-
 uit atq; ita sicut Samuel tunc liberauit immolatio uituli, quasi ob causam nullā aliā uenisset
 in Bethlehe: ita uirginē hanc ab omni quæstione liberet existimatio carnalis cōmertij, quasi
 nihil aliud in ea natū sit, q̄ qd solet in coniugio uel de coniugio nasci, Veruntamē hoc prius
 Ioseph nesciuit: sed post angelo in somnis euangelizate didicit. **L. Ioseph** (inquit) **fili Da-**
uid noli timere accipere Mariā coniugē tuā, Quod enim in ea natū est de spiritu
sancto est. Timebat enim eam accipere, nolebat eā traducere: sed uolebat occulte dimit-
 tere. Hęc ille cogitabat cum esset iustus, ait Euangelista. ¶ Et reuera hoc erat iusti ho-
 minis, nec tantū iusti, uerū etiā piū, quod hinc timebat consentire peccatis alienis, & inde ab-
 horrebat uti permisso uel seueritate legis dicentis: Quod si non est in puella inuenta uirgini-
 tas, eijcient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent uiri ciuitatis eius, & mo-
 dieo tui. Neutrū horū facere, scilicet neq; traducere, neq; in iudiciū uoluit producere. Hoc
 unum præelegit, hoc maluit, uidelicet occulte dimittere eam, quod ad perfectā pertinet iu-
 stitiā. ¶ Hic percunctari libet, Quare timorē eiusmodi deus illi euenire permisit? Quare
 non præuenit? Quare hunc ipsum angelum, quem tandem missurus erat, non misit antea?
 tunc scilicet quando misit ad uirginem quæ ei desponsata erat? Videlicet ut tentaretur, &
 manifestum fieret tam sanctis angelis, q̄ nobis hominibus de ipso, quod esset iustus, & talis,
 qui digne sic deberet appellari, Ioseph fili Dauid. Sic etenim idem pater eius Dauid malu-
 it exulare, quā uti permisso legis dicentis: Diliges amicū tuum, & odio habebis inimicū
 cum tuum. Tradiderat dominus in manu eius Saul odientem & persequentē: & nunc (ait
 Abiā) perfodiā eum lancea, in terra semel, & secundo opus non erit. Ait ille: Viuit domi-
 nus, quia nisi dñs percussisset eū, aut dies eius uenerit ut moriā, aut in præliū descendēs per-
 ierit: proprius mihi sit dominus, ne extendā manū meā in Christū domini. Et post hęc sur-
 rexit Dauid, & abiit ad Achis in Geth, & habitauit cum Achis in Geth. Quō iste iustus
 Ioseph occulte dimittere eam uoluit, quam habebat desponsatam, nisi proficisceretur in re-
 gionem aliquam, sicut fecit ille Dauid: & sicut propter aduersos casus fecerunt plerq; aliq;
 ¶ Amplius autem ex eo filius Dauid tam insigniter, tali in re, tali in tempore dignus fuit ap-
 pellari, dicente angelo, Ioseph fili Dauid: quia fidē habuit eādē quam habuit pater eius
 fidelis Dauid: quippe qui prius inaudita credidit, uidelicet quod ipsa, quæ conceperat, uir-
 go esset: secundum uerba hęc eiusdem angeli, quod enim in ea natum est, de spiritu sancto
 est, &c. Nam promissionis siue repromissionis in qua credo pater Abraham iustificatus,
 & amicus dei appellatus est, consummatio est hic sermo angeli, quem in somnis accepit, &
 statim obediuit deo credulus, puellę beneuolus, eatenus uir iustus, exinde iustissimus. ¶ Spi-
 ritus sanctus maxime ex hoc facto suo nominatur, quia quod in ea natum est (ait angelus)
 de spiritu sancto est. Ante hac spiritus dei, siue spiritus domini dicebatur, nec facile in omni
 sermone ueteris instrumēti, reperies hoc insigne uocabulū, scilicet spiritū sanctum præter quod
 Dauid: & spiritum sanctū tuum ne auferas, inquit, à me. Nec ipse, sic absolute spiritū san-
 ctum dixit, sed tuum addidit, sicut in cæteris scripturis legalibus, siue propheticis, nusquam
 absolute spiritus sanctus, sed relatiue scribitur (ut iam dictū est) spiritus dei, siue spiritus do-
 mini. Ab hoc loco serē primū sonuit in auribus nostris, hoc reuerendum & insigne uoca-
 bulū, propriū atq; absolutum, spiritus sanctus: ubi angelus, & ad Mariam, spiritus sanctus
 (ait) superueniet in te, & ad Ioseph, quod em̄ in ea natū est, inquit, de spiritu sancto est. Quā
 ob causam nisi quia (quod cum magna reuerentia cogitandum est) maxime ex hoc opere,
 quod in Maria operatus est, claruit hic spiritus domini, quod uere sanctus sit. ¶ Quærat ali-
 quis: Cum & pater spiritus, & filius spiritus: & pater sanctus, & filius sanctus sit, quā ob cau-
 sam uocabulum hoc, quod est spiritus sanctus, propriū ascribitur personæ huic, & sola hęc
 persona sic uocari debuit? Ad hęc inquam: Nimirum quia tota personę huius operatio, nō
 aliud

Ioseph uir iu-
 stus & pius.
 Deut. 22.

Questio.

Responsio.

Leui. 19.

Matth. 7.

1. Reg. 26.

Ioseph, filius
 Dauid.

Spiritus san-
 ctus primū
 ab angelo sic
 dictus.

psal. 50.

Luc. 1.

Matth. 1.

Questio.

Responsio.

aliud

Sanctificatio
propria spiritus
sancti.

Duplex datum
spiritus sancti.

1. Cor. 12.

Johan. 7.
Maria datum
spiritus sancti in
remissionem
peccatorum pri
ma accepit.

Esa. 8.
Maria prophete
tissa.

Testes Virias
et Zacharias.

Iohanes Bapti
sta.

aliud nisi sanctificatio est. Hæc operationum distinctio diligenter animaduertenda est, quia deus pater omne quod factum est per filium, fecit: & omne quod sanctum est, per spiritum suum sanctificavit. Quid enim est spiritus eius, nisi amor eius? ¶ Et quomodo creatura quæcumque rationalis aliter, nisi amando creatorem, potuit unquam vel potest sanctificari? Igitur quævis & pater (ut iam dictum est) spiritus, & filius spiritus: & pater sanctus, & filius sanctus sit: recte tamen hæc sola persona spiritus sanctus debuit nuncupari: cuius operatio propria, creaturæ sanctificatio est, sine quo nec angelus sanctus, nec homo sanctus est, quem non habens angelus, diabolus est, quæ non habens homo, Antichristus vel membrum diaboli est. Huius sanctificationis summam esse nemo qui nesciat id quod in beata Maria natum est, imò & primæ sanctificationis summam esse nemo qui nesciat id quod iam dictum est, scilicet diuersarum diuisionum gratiarum: in quâ iste spiritus illo cum dato superuenit, propter quod, & dicitur spiritus sanctus, quod uidelicet datum, remissio est peccatorum. ¶ Et quidem ante illam super multis uenit hic idem spiritus domini, sed alio dato quod est gratiarum diuisio. Duo quippe spiritus huius data sunt, alterum quod est remissio peccatorum, alterum quod iam dictum est, scilicet diuersarum diuisionum gratiarum: de quo Apostolus: Alij quidem, inquit, per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ, alteri fides, alij gratia sanitatum, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum: huiusmodi gratias ante beatam Mariam plures habuerunt, et nonnulli, ex his qui habuerunt, non sancti fuerunt, exempli gratia, ut Saul & Balaam. Datum aliud, quod est remissio peccatorum, spiritus domini distulit in Christi aduentum: Et de hoc dato est dictum illud: Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. ¶ Datum hoc, beata Maria prima omnium mortalium accepit in ipsa hora conceptionis, dicente angelo: spiritus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. Et reuera, ut omnino sanctum esset quod ex ea nasceretur, oportebat ipsam sanctificari, id est emundari ab omni peccato, tam actuali, quam eo quod maius erat, scilicet originali. Nec uero solum hoc tunc accepit spiritus datum, quod est remissio peccatorum, uerum etiam illud alterum, quod est diuisio gratiarum, uidelicet ita, ut operationem uirtutum omnimodam maximeque fidem & prophetiam, siue omnem haberet prophetiam gratiam. ¶ Nam ipsa est prophetissa illa de qua dicebat Esaias: Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Præmiserat autem: Et dixit dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis, uelociter spolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles. Viri sacerdotem & Zachariam filium Barachia. Quis erat ille liber grandis, quæ ut sumeret, et stilo hominis in eo scriberet, dictum sibi asserit, & adhibitis testibus accessi, inquit, ad prophetissam, & concepit & peperit: Quis inquam erat liber ille grandis nisi uniuersa scriptura sancta, quæ usque ad tempus illud conscripta fuerat à Moysè & prophetis? Hunc librum sumere fuit illi, & in eo scribere stilo hominis, prophetiam accipere gratiam, & portionem suam scribere de aduentu Christi filij dei, taliter ut ab homine posset legi & intelligi. Et quid erat illi hoc facto accedere ad prophetissam quæ concepit & peperit, nisi ab ista beata uirgine illum cognoscere: & sicut cæteras scripturas, ita & librum Esaiæ mente eius comprehendere, docente illam repentina illuminatione superuenientis in eam spiritus sancti? ¶ Inde gratulatur quod taliter ad hanc prophetissam accesserit, & quod huius rei testes habeat Viriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachia, id est omnes credentes de utroque populo, gentili atque Iudæo. Virias namque, quod interpretatur lux mea deus, ipse est anterior populus, scilicet Iudæus, cui soli quondam notus erat deus: unde & dicere poterat, lux mea deus. Zacharias uero, quod interpretatur memor domini, ipse est posterior populus, uidelicet gentilis, qui nunc est memor domini: quia quod ille populus expectabat futurum, iste nouit ac meminit iam esse factum, scilicet quod hæc prophetissa conceperit & peperit filium: Vterque populus hodie testis est illi, quod in illo libro grandi ueritatem scripserit. Igitur utrumque spiritus datum simul accepit, hæc beata uirgo Maria, prophetarum prophetissa, & hæc est gratia plena, iuxta salutationem angeli dicentis: Ave gratia plena, quia uidelicet dum suscepit uel concepit uerbum dei, uerbum domini, simul accepit utrumque spiritus dei datum. ¶ Secundo loco Iohannes amicus, sponsi, præcursor domini, utroque eiusdem spiritus dato meruit participare ex utero matris suæ, sicut

ficut prædixerat idem angelus qui ad beatam Mariam locutus est: Et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ: quod uidelicet tunc mater eius præsenfit, quando exclamans uoce magna, & ipsa spiritu sancto repleta: Ecce enim (inquit) ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis: exultauit in gaudio infans in utero meo: Vnde sicut ueraciter huic beatæ uirgini dixit angelus, gratia plena, ita uerissime dñs de illo dixit: Inter natos mulierū maior non surrexit. De plenitudine gratiæ, qua dictum est: Aue gratia plena, primus ille accepit, & eodem spiritu sanctificati sunt, & hæc mater dñi, & ille amicus dñi. Et extunc qui prius dicebatur spiritus dei uel spiritus domini, spiritus sanctus cœpit altius enuntari, primum ex ore angeli, & deinde ex omni euāgelio Christi, quod uocabulū uenerabilius sonare non dubito omni habenti aures audiendi, licet & hoc nomen, spūs dei, spūs dñi, fatis & multū uenerabile sit. Ratione nominis spūs sancti quā diximus, scilicet, remissionē peccatorū, ipse angelus protinus euidenter exponit, cū dicit. **L. Pariet autē filiū: & uocabis nomē eius Jesum.** Ipse enim saluū faciet populū suū a peccatis eorū. Quam nouū nomē est spūs sanctus, tā noua est hæc ratio nois, ipse enim saluū faciet populū suū a peccatis eorum. Nusquā enim in lege aut prophetis remissio peccatorū (quod datū est spūs sancti præcipuū uerbis enuntiatā manifestis. Quam aliā siue meliorē querere debemus nouitatē, in uerbis illis sancti & ueri dicētis: Qui uicerit faciā illū columnā in tēplo dei mei, & foras nō egredietur amplius, & scribā sup eū nomē dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouæ Hierusalē, quæ descēdit de cœlo à deo meo, & nomē meū nouū: siue in illis apud Ezechielē promissis dñi: Et dabo uobis cor nouū, & spiritū nouū ponā in medio uestri. Quæcūq; uel quā tacūq; dicāt ad sanctā nouitatē pertinētia, summa omniū est remissio peccatorū, quæ hinc habet initium, ubi dixit angelus: ipse enim saluū faciet populū suū a peccatis eorū. Nihilominus & hoc nomē filius dei, siue filius altissimi, nouū est: Sicut enim iā de noīe spūs sancti dictū est, ita et de isto nomine perpēdere uel reminisci nō ociosum est: quia nō facile quisq; hoc reperiet in ueteribus scripturis, legalibus, siue prophetis. Deniq; sicut qui in lege siue prophetis dicebat spūs dei, si uel spūs dñi, nunc ex euāgelio prædicat spūs sanctus: ita qui in illis scripturis dicebatur uerbum dei, siue uerbum dñi, nunc dicitur filius dei, ex quo sic angelus prænuntiavit: ideoq; et quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei: itemq; hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Erat plane in principio, erat de patris corde natus hic filius, hic deus: sed erat filius occultus, deus absconditus, dicebatq; interdū de futuro tale quid: dñs dixit ad me, filius meus es tu, postula à me, &c. sed uulgo nō audiebatur, palām non loquebatur, neq; cognoscebatur. Et iccirco cōfessio nominis eius, nō eo iure, quo nūc exigitur, ab hominibus exigitur. Ex quo is, qui erat ex deo genitus, factus est nostræ naturæ filius, ex eo tā huius filii q; eius, de quo conceptus est, spiritus sancti, à nobis confessio iure exigitur, sicut & patris, cuius & hic filius, & iste est spiritus sanctus, ut non dicamus tm̄, sicut prius, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, sed quod clarius est, deus pater, deus filius, deus spūs sanctus: in quo uiuimus, mouemur, & sumus. Solenne est & illud hic perpēdere, cū dicit: Pariet autē filiū, quia beata Maria cœlū illud est, de quo fuerat præscriptū: Et ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandū. Si enim cuiuslibet iusti anima cœlū est, quāto magis hæc singularis dei habitatio uel sedes: Quot autē uel quæ sunt ianuæ huius cœli, quas dñs deus aperuit: Dux, altera mētis, altera uentris. Ianuā mētis deus aperuit, quia beata hæc credidit que dicta sunt ei: Ianuam uētris aperuit, quia sine uiro uirgo cōcepit, uirgo peperit, & post partū uirgo permāsit. Quis enim alius nisi deus ianuā uentris sic aperiret, ut & pareret & uirgo permāneret: Hinc est illud apud prophetā Ezechielē: Er conuertit me ad uia portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad orientē, & erat clausa. Et dixit dñs ad me. Porta hæc clausa erit & nō aperiet, & uir nō trāiet per eā, qm̄ dñs deus Israel ingrediet per eā, eritq; clausa principi: & p̄ncipis ipse sedebit in ea, ut comedat panē corā dño. Per uia uēstruli portæ ingrediet, & p̄ncipis eius egrediet. Notū est ecclesiasticæ fidei celebre & usitatū est in laudibus Chri, & sanctoꝝ patrū scriptis, quia hæc porta clausa mater est incorrupta, clausa principi, id est, ad honoreꝝ p̄ncipis Iesu Chri, quod uidelicet princeps in ea sedit, quippe quod à die cōceptionis, in sacri uentris hospitiō, nouē mēibus habitauit, et per uia uēstruli id est p̄ auditū fidei ingressus, ita per uia eius egressus est deo & homo, unū idēq; dñs deus Israel, ut p̄ eā uir nō trāiret, id est,

b neq;

Luc. 1.

Matth. 11.

Spūs sanctus, nomē uenerabilis est q̄ spūs ritus dei.

Nomē nouū, Apoc. 3.

Ezech. 36.

Filius altissimi nomē nouū.

Psal. 2.

Nūc maior q̄ olim exigitur cōfessio trinitatis.

Act. 17.

Maria cœlū dicitur.

Psal. 77.

Dux ianue huius cœli.

Ezech. 44.

Porta clausa principi.

Panis cœli ue-
rus, nō māna
patrum, sed
Christus est.

Psal. 77.
Exod. 16.
Ioan. 6.

Similitudo
conceptionis
Christi ad mā-
na.

Exod. 16.

Luc. 1.

Esa. 7.

Testimoniū
Esaie uerbis
modicū, uir-
tute multū.

Esa. 9.

Esa. 9.

neq; in cōcipiendo sese infereret, neq; nascituro uia aperiret. ¶ Sed ad prioris prophetiæ ca-
pitulū reuertamur. Ianuas cœli apuit, & pluit illis māna ad māducandū, & panē cœli dedit
eis, panē angelorū māducauit hō. Iudæi putauerūt Psalmistā hoc dixisse de māna illo trārito
rio, qd patres eorū manducauerūt in deserto. Cum em̄ curiosē agentes, et otiose uiuere uo-
lentes, dixissent: Quod ergo tu facis signū, ut uideamus et credamus tibi? quid operaris? Pa-
tres nostri māducauerūt manna in deserto, continuo subiūxerunt. Sicut scriptū est: Panē de
cœlo dedit eis manducare. Verū ita putando uel sentiēdo multū errabāt, si tali cibo uiuere
existimabāt etiam angelos, quoniā continuo sequitur: Panem angelorū manducauit homo.
Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, nō Moyses dedit uobis panem de cœlo, sed
pater meus dat uobis panem de cœlo uerum. Et est sensus: Panem illum, de quo scriptum
est illud, quod mihi obicitis: Panem de cœlo dedit eis manducare, non præterito tempore
datum est, nec Moyses dedit, sed præterito tempore pater meus dat uobis. Etenim ego sum
panis uiuus & uerus qui de cœlo descendi, & de isto tempore dixit spiritus in Dāuid, panē
angelorum manducauit homo, quamuis uerbo sit usus præteriti temporis, dicendo, man-
ducauit, sicut mos est frequens prophetis, futura nuntiare uerbis præteriti temporis. Igitur
quando factum est quod dixit angelus, pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum,
tunc ianuas cœli dñs aperuit, & pluit nobis manna ad manducandum, panē cœli, panē an-
gelorum. ¶ Secundū similitudinē illius facti, quod ita scriptum est: Mane quoq; ros iacuit
per circuitū castrorum, cumq; operuisset superficiem terrę, apparuit in solitudine minutū,
appellauitq; (ait scriptura) domus Israël nomē eius Man, secundum similitudinem (inquā)
illius signi factū est hic. Spūs sanctus supuenit in beatā uirginē, qui in sanctis scripturis per
rorem solet significari. Et hoc fuit utiq; rorē iacere in solitudine, uisceribus infundi uirginis
solitariae, nulliq; uiro peruię. Ille uterū uirginē cœlitus irrorauit, nō de sua substantia, sed de
naturali humore ipsius incorruptæ carnis. In quo mira & magna distantia est, ab omni con-
ceptu uniuersæ carnis, quia uim sementinam sacri corporis, non uir extrinsecus accedēs, sed
spiritus sanctus intus operans excitauit. Tunc in eadem solitudine apparere minutum, hoc
fuit ad esse in eodem secreto uerbū subtilissimum atq; fortissimum, quod eidem se humor
miscuit tanquam coagululum, unde sicut filij Israël dixerunt adinuicem, manhu, ita nos &
multo magis nos dicamus, quid est hoc? Dicamus etiam propter hoc: Benedicta tu inter
mulieres, & benedictus fructus uentris tui, quia uidelicet mulier omnis concipiens, de amo-
re uiri concipit: tu sola de amore dei, id est, de spiritu sancto cōcepisti. Hoc appellamus nos
domus Israël man, gustusq; eius nobis quasi similitæ cum melle, quo epulamar cotidie tam
auditu cœlestis doctrinæ, quā per ceptione sacræ eucharistiæ. L. Hoc autem torum fa-
ctum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Ecce uirgo
in utero habebit, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel quod est in-
terpretatum nobiscum deus. ¶ Dicitur hoc propheticum quis non audiuit, quis non in-
tellexit: Vbi cunq; prædicatum est euangelium libri huius generationis IESV CHR I
S T I, prædicatum est etiam hoc insigne præconium, recitatumq; competens hoc testimo-
nium ueritatis, notum que factum est & in usu habitum paruulis quoque ecclesiæ catholi-
cæ filiis. ¶ Noli autem o lector siue auditor præsentis euangelij, noli hoc tantillum re-
spicere quod calamus hic expressit, de propheta grandi, de uate magno & nobili: Ecce
uirgo in utero habebit, siue concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emma-
nuel, licet hoc tantillum de illo scripserit. Non scripti quantitatem, sed scribentis perpende
intentionem, & scito, quia dum tantillum scribit, ad legendum ea quæ sequuntur te mittit.
Quasi ianuam pulchrę domus aperuit, & admota lucerna, quid sit intus, familiariter signi-
ficauit. Quid enim intus est? Quid uides? Trinam uocationem siue uocabuli positionem
uides huius filii de quo dictum est hic per angelum: pariet autem filium, & uocabis no-
men eius Iesum. Primo, illic dictum est: Et uocabitur nomen eius Emmanuel. Bury-
rum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Secundo, ibidem di-
ctum est: Voca nomen eius, accelera, spolia detrahare, festina prædari. Tercio, ibidem
dictum est: & uocabitur nomen eius ammirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futurū
seculi, princeps pacis. Igitur uere diuinus et spū sancto euāgelista illuminatus, lucē in
in pro-

in prophetica ueritate breui quidem dicto iniecit, sed latam & longam domū eiusdem propheticae ueritatis illustrauit. ¶ Cum multa scripta sint in lege, & prophetis, & psalmis de puero hoc, quod et ipse sciens, quoniam oportet (inquit) impleri omnia quae scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me, sciendum quod apud nullum prophetarum, in nullo psalmorum, nusquam in tota lege, ita ut hic apud Esaiam designatur ex nomine. Vnde animaduertendum, quia sanctus euangelista non segniter elegit, qui hoc testimonium prophetarum praeter ceteris in causa praesenti assumere maluit. ¶ De nomine Emmanuel, quoniam hoc interpretatur, nobiscum deus, quam interpretationem apponere non superflue curauit, idem sentimus quod de illo dicto alterius euangelistae: Et uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Hoc tale uocabulum & hic sensus pulchre nobis aperit, quid mysterij contineat, illud, quod ubi (sicut supra meminimus) appellauit domus Israel nomen cibi siue panis, quem dominus dedit, man, quod erat quasi semen coriandri album, ita subiunctum est, gustusque eius quasi similiae cum melle. ¶ Quid enim est iuxta mysterium supradictum similia cum melle nisi caro huius Emmanuel cum diuinitate? Qualis est gustus, ubi talis Emmanuel uidetur? Etenim uisio eius, & sanctorum angelorum, & omnium beatorum spirituum siue hominum uitalis est cibus, & immortalis in deficiens gustus, quod nos & si credimus, & utcumque scimus, tamen impossibile est scire sicut est, donec uideamus manducemus, atque ita manducando experiamur, quia uere est similia cum melle, id est, uera & munda est humanitas, cum dulci & suauiter diuinitate. ¶ Et uide huius & ceterorum nominum quae pulcher & quae rationabilis ordo sit, quem dominus in alio quodam opere ita breuiter me annotasse memini. Primū, Emmanuel id est nobiscum deus pro causa uidelicet quae prima est in ordine, quia habitauit in nobis deus homo factus. Secundū, accelera spolia detrahere, festina praedari, ea uidelicet pro causa, quia moriendo forte armatum diabolum superauit, & spolia distribuit. Tertiū, quia ammirabilis uidelicet, quia surrexit a mortuis, & ascendens in caelum, gloria et honore coronatus, sedet a dextris dei. Quartū, consiliarius ex eo scilicet quod datus paraclitum sanctum apostolis suis, consiliū habuit cum eodem spiritu sancto, de repellendis Iudaeis, & uocandis gentibus. Quintū, deus, quia exinde omni mundo uere adoratur deus. Sextū, fortis, quia uere fortis in iudicio, quo expectatur, apparebit. Septimū, pater futuri saeculi quia nimirum peracto iudicio non iam ut dominus seruorum, sed ut pater filiorum regnabit. Octauū, princeps pacis, quia uera laudabitur in aeternum, & grates habebit ut auctor pacis, quia deo sumus reconciliati per mortem eius qui eramus inimici. ¶ **E**rgo uirgens autem Ioseph a somno, fecit sicut praecipit angelus domini, et accepit coniugem suam, et non cognoscere eam, donec peperit filium suum primogenitum, et uocauit nomen eius Iesum. ¶ **F**luit super peccatores laqueos (ait spiritus sanctus in psalmo, statimque subiungit) ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum. Et est sensus, Dominus cuius palpebrae interrogat, id est, probant filios hominum, taliter suam condidit scripturam, per quam illaqueentur peccatores, qui diligentia iniquitate oderunt animam suam: quorum curiositas, uelut ignis, quorum expositio, qua scripturae res per se exponunt, uelut sulphur: quorum uerbositas in disputando, uelut spiritus est procellarum, & ista omnia sunt in praesenti pars calicis eorum, alia uero pars referuatur eis in futurum. ¶ **E**x his fuit impurus Eluidius, cuius aduersus blasphemias uirginitatis beatae Mariae insistentem diligebat, hoc dictum euangelistae, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum, sic illaqueauit, ut diceret: Donec siue usque, aduerbiū, certum tempus significat, quo completum, fiat id, quod usque ad illud temporis quod praescriptum est non fiebat, uelut in praesenti, & non cognoscebat eam, donec peperit filium. Apparet ergo (inquit) cognitum esse post partum, cuius cognitionem filij tamen generatio differrebat. Deinde nihil est approbari primogenitum non posse dici, nisi eum qui habeat & fratres, sicut unigenitus ille uocat, qui pariteribus solus est filius, & illos qui in euangelio memorant fratres domini, genitos fuisse ex matre domini & Ioseph, post generationem Iesu Christi, procaci & haeretica lingua contendit. ¶ **M**ostrum illud, scilicet, Eluidium totius orbis execretur, sicut execratus est atque sufficienter confutauit iam dictus uir catholicus atque orthodoxus, dicens inter cetera. Tu dicis Mariam uirginem non mansisse, ego mihi plus uideo, etiam ipsum Ioseph uirginem fuisse per Mariam, ut ex uirginali coniugio uirgo filius nasceretur. **S**ed in uirum sanctum fornicatio non cadit, & aliam eum uxorem habuisse non scribit, Mariae autem, quam

b 2 putatus

Luc. 24.

Emmanuel.

Iohan. 1.

Exod. 16.

Quid similia cum melle: humanitas cum diuinitate.

Ordo pulcher in nominibus filii dei.

Roma. 5.

Ephe. 2.

Psal. 10.

Scripturae haereticis in laqueum sunt.

Eluidius contra perpetuam uirginitatem Mariae

Confutatio Eluidii.

putatus est habuisse, custos fuit potius q̄ maritus, relinquitur uirginem eum mansisse cum Maria, qui pater domini meruit appellari. Igitur nat⁹ est Christus, et in natiuitate eius fidelis & uerax comprobatus est ipse qui promissit deus. Gratulamur omnes dicentes cum Psal-
 mista: Fidelis dñs in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnib⁹ operibus suis. Item: Quia re-
 stum est uerbū dñi, & oia opera eius in fide. Quotquot enim promissioes dei sunt (ait Apo-
 stolus) in illo est. Ideo & per ipsum dicimus: Amen deo, ad gloriā uestrā. Vere ad gloriā ue-
 strā quodāmodo superatus est deus, licet fortior, & uicior uolentē uinci fortis colluctator no-
 ster per fidē pater Iacob. ¶ Quod dicimus ita scriptū est: Cumq; mature surrexisset Iacob,
 & transduētis omnibus remāisset solus, ecce uir luctabatur cū eo usq; mane, qui cū uideret
 quod eū superare non posset, tetigit neruū scemoris eius, & statim emarcuit. Dixitq; ad eū:
 Dimitte me, iam em̄ ascendit aurora. Respondit. Non dimittā te, nisi benedixeris mihi. Et
 ille. Si cōtra deū, inquit, fortis fuisti, quāto magis cōtra hoies praeualebis? Et benedixit ei in
 eodē loco. Dixitq; Iacob. Vidi dñm facie ad faciē, & salua facta est anima mea. Iuxta ma-
 gnū & mirū illud praeſagiū factū est, nascente Iesu Christo, & uictor inuentus est homo, si-
 ue genus Iacob, promissum exigens à deo, & quasi iure superatus est deus, promissi sui debi-
 tor. Num parua fuit aut ignota est colluctatio? Nonne saltē ex eo cognosci potest quod ait
 ad Moysen, cerno quod populus iste dure ceruicis sit, dimitte me ut irascā furor meus con-
 tra eos & deleā eos? Ibi nanq; fortis fuit & inualuit Moyses eodē modo, quo pater eius Iac-
 ob loco uel tēpore iam dicto, de quo & in Osee taliter scriptū est: In fortitudine sua direct⁹
 est, cū angelo, & inualuit ad angelū, & cōfortatus est, fleuit & rogauit eū, in Bethel inuenit
 eum, & ibi locutus est nobiscū. Hinc manifestū est, qualis lucta illa fuerit, quia fleuit & ro-
 gauit eū. ¶ Secundū illud praeſagiū futurū erat & factū est, ut iratus deus, q̄ sepe fuit offen-
 sus, & irritatus multis eorū adinuentioibus, minaretur quod recederet, imō & genus Iacob
 disperderet atq; deleret, & nunq̄ defuerunt in populo illo hoies, q̄ quis pauci, in quibus esset
 fortitudo, id est fides Iacob, luctās & inualescēs ad fortitudinē dei, & quodāmodo dicens, nō
 dimittā te nisi benedixeris mihi. Taliū quisq; fleuit & rogauit eū, & hoc fuit inualescere, &
 fortē esse cōtra deū. Hic ille moyses, de quo iam exēplum praelibatū est, fortiter luctabatur
 stans in cōfractione, id est, in nimia mentis humiliatione in cōspectu eius: cū dicente illo, di-
 mitte me, ipse orabat dominū deū suū dicens. Cur dñe irasci furor tuus cōtra populū tuū?
 Recordare Abrahā Isaac, et Israēl seruoꝝ tuoꝝ, quibus iurasti per teipsum &c. Sic mul-
 totiens idē Moyses fleuit & rogauit eū, sic Dauid fleuit & rogauit eū, sic & alij plures fleue-
 runt & rogauerunt eum, quorū fletum & rogatum per ordinē narrare nimis longum est.
 Quid multa? Contra deum fortis fuit Iacob, nec dimisit eum nisi benediceret, & benedixit
 ei in eodē loco: Et itidē contra deū, siue contra irā dei, fortis fuit progenies eiusdē Iacob, nec
 dimisit eum nisi daret Christum suum, qui est omnium gentiū benedictio. ¶ Tunc tetigit
 neruum scemoris Iacob ubi benedixit eum, & statim emarcuit. Quid est hoc, nisi quia sic
 rationabiliter futurum erat, ut postquam promissio compleretur, postquam hic Iesus Chri-
 stus nasceretur, iam ex tunc omnis apud deum genealogiarum uetus diligentia pro nihilo,
 imō & pro stultitia uel fabulis, haberetur: Sciē dum quippe, quod omnis tam diligenter fa-
 cta in lege tribuum ac familiarum siue generationum, domorum atque cognationum distin-
 ctio, uerbi gratia, quod dictum est de filijs Iuda, per generationes & familias, ac domos, &
 cognationes suas, tot erant milia, maximēq; illud quod iussum est, ut unusquisq; de tribu ac
 familia sua duceret uxorem, in unum & solum omnino Christum tendebat, propter uerita-
 tem dei, ad confirmandas promissiones patrum, ut dum ueniret, dum nasceretur, non incer-
 tum sciri posset, aut dici ad gloriā & ad laudem iusti & fidelis dei, quia sicut promissit & iu-
 rauit, sic & fecit, benedictione qua benedicentur omnes gentes mittendo de semine Abra-
 hae, de tribu Iuda, de stirpe seu de domo ac familia Dauid. ¶ Postq̄ ergo uenit, postq̄ natus
 est, quae cura de illo scemore, de illa tribuum, generationum, familiarum, domorum, atque
 cognationum diuisione, seu supputatione? Imō pro extrema stultitia totum illud reputan-
 dum est, Stultas (inquit Apostolus) quaestiones, & genealogias & cōtentiones, & pugnas
 legis deuita, sunt enim inutiles & uane. Igitur oim genealogiarum finis iste sit, quod idem
 Apostolus ait: Paulus seruus Christi Iesu, uocatus apostolus, segregatus in euāgelium dei,
 quod

Psal. 14. 4.
 Psal. 32.
 2. Cor. 1.
 Gen. 32.
 Luctatio Iac-
 cob cū deo.
 Exod. 32.
 Osee. 12.
 Quō hō inua-
 lescit ad deū.
 Exod. 32.
 Gen. 32.
 Generatio-
 nis computatio
 propter futu-
 rū Christū fa-
 cta est.
 Nume. 1.
 Nume. ult.
 Nūc uana est
 genealogiarū
 quaestio.
 Tit. 3.
 Roma. 1.

quod
 femin
 firmet
 dux d
 si ex tr
 medic
 reuerat
 sperari
 deteric
 tum est,
 hie loque
 in omne
 Videlicet
 turam po
 uditum i
 cōtinuo p
 L. Cum e
 ecce dñs
 quod q̄
 itācceli g
 naturos est
 illustration
 Vbi est qu
 iam, id est
 poenitentia
 Magorū
 cum eum
 Hierusalē
 dicatione
 lo, Hagel
 & scribis,
 matre eius
 p̄ptū sic
 gemum lo

quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Quod si ex semine Dauid, ergo & ex tribu Iuda, ut con-

Gen. 49.

Gen. 22.

Fecit Iacob emarcuit.

LIBRI PRIMI FINIS.

DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS, LIBER II.



LORIAM DEI, GLORIAM, QVAM prædicare intendimus, & honorem filij hominis enarratu- ri erant quidam cæli, iuxta illud propheticum: Cæli enar-

Psal. 18.

rant gloriam dei, & opera manuum eius annūtiat firmamē tum. Eius gloriæ & honoris principium, illud est, unde ha- ctenus sermo habet est, scilicet, qd in sole posuit tabernaculū suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Quod expositione iam non indiget, quia quod sit tanquam sponsum processisse de thalamo suo, paruuli quoq; audierunt, infantes elocuti sunt, qui de illius sponsi uirginalibus nuptijs nati, imò renati sunt, & ad optionis filiorum dei spi- ritum acceperunt. Nihilominus & hoc ferè omnibus no- tum est, quod cæli illi, qui gloriam hanc enarraturi erāt, apostoli fuerunt, cæli uocales, cce- lo loquentes: quia non sunt loqueles neq; sermones, quorum non audiantur uoces eorum: in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorū. Quorsum istud? Videlicet ad consilij diuini pulcherrimeq; dispositionis laudem atq; admirationem, quia su- turam postmodum talium cælorum enarrationem, talisq; firmamenti annuntiationem & auditiuæ sue obauditionem gentium, que credituræ erant per uoces eorundem cælorum, continuo præsignauit ubi natus est Christus, in his quæ confestim narrat euāgelista diuinus. Cum ergo (inquit) natus esset Iesus in Betleem Iude, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente uenerūt Hierosolimam dicētes: Ubi est qui natus est rex Iude? Vidimus enim stellā eius in oriente & uenimus adorare eū. Nōne iam sic cæli gloriā istā enarrauerūt? Vtiq; enarrauerūt et alios cælos, de quibus iā dictū est, enar- ratos esse significauerūt. Et sicut tunc Magi, id est, sapientes utiq; gentiles, claritatē suæ illustrationis illius cæli inanimati, scilicet stellā cognoscentes atq; sequētes, uenerūt dicētes: Ubi est qui natus est rex Iudæorū? sic futurū erat ut gentes illuminationē cælorū rationa- lium, id est, apostolorū, uidelicet donū spūs sancti, quod acceperant, intelligētes, uenirent & penitentia sibi ad uitā donari postularent. Item sicut tunc Herodes propter Magos siue Magos inquisitionē turbatus est, & omnis Hierosolyma cū illo, & quæsiuit puerū ad perdē- dum eum: sic futurū erat, ut gentibus euāgeliū Iesu Christi suscipientibus, eadem ciuitas Hierusalē, totūq; regnū Iudaicū, seditionibus turbatū, conaretur funditus exterminare præ- dicationem apostolorū, & ipsum quodammodo occidere Christū, occidendo & crucifigen- do, flagellando, & de ciuitate in ciuitatem persequendo, plerosq; ex prophetis & sapientibus scribis, quos ille misit. Nihilominus, sicut tunc dictū est Ioseph: Surge & accipe puerū et matrem eius, & fuge in Aegyptū, & sic fecit Ioseph secedens cū puero & matre eius in Aeg- yptū: sic futurum erat, ut loquens in apostolis suis Christus diceret, uobis quidē oportebat

Roma. 8. Cæli uocales apostoli.

CAP. II.

Præfiguratio i Magis.

Matth. 23.

Act. 13.